BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 129r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



duri erant et in frustra comminuti
preterierunt quod ad iosue qui tunc
morabatur in castris galgale et
dixerunt ei atque omni simul israhel de
terra longinqua pacem vobiscum
facere venimus cupientes. Respon
deruntque viri israhel ad eos atque
dixerunt. ne forte forsitan in terra que
nobis sorte debetur habitetis et non
possimus fedus inire vobiscum. At
illi ad iosue servi inquiunt tui su
mus. Quibus iosue. qui nam ait
estis. aut unde venistis. Respon
derunt de terra longinqua valde ve
nerunt servi tui in nomine domini
dei tui. Audivimus enim famam po
tentie eius. cuncta que fecit in egi
pto et duobus amorreorum regibus
trans iordanem seon regi esebon.
et og regi basan qui erant in has
taroth. Dixeruntque nobis seniores
et omnes habitatores terre nostre
Tollite in manibus cibaria ob lon
gissimam viam et occurrite eis
ac dicite servi vestri sumus fedus
inite nobiscum. et panes quando egres
si sumus de domibus nostris ut veni
remus ad vos calidos sumpsimus
nunc sicci facti sunt et vetustate
nimia comminuti. Utres vini no
vos implevimus nunc rupti sunt et
soluti. Vestes et calciamenta qui
bus induimur et que habemus in
pedibus ob longitudinem et longi
oris vie trita sunt et pene consump
ta. Susceperunt igitur de ciba
riis ~~suis~~ eorum et os domini non
interrogaverunt. Fecitque iosue cum
eis ~~pactum~~ pacem. et inito federe
pollicitus est quod non occidentur

principes quoque multitudinis
iuraverunt eis. post dies autem tres
initi federis audierunt quod in
vicino habitabant et inter eos fu
turi essent. Moveruntque castra
filii israhel et venerunt in civitates
eorum die tercio. quarum hec sunt
vocabula gabaon et caphira et beroth
et cariathiarim. et non percusserunt
eos. eo quod iurassent eis princi
pes multitudinis in nomine domini
dei israhel. et idcirco non possumus eos
contingere. Sed hoc faciemus eis
reserventur quidam ut vivant
ne contra nos ira domini concitetur
si peieraverimus. Sed sic vivant ut
in usus universe multitudinis
ligna cedant aquas que comportent.
Quibus hec loquentibus vocavit
gabaonitas iosue et dixit eis cur
nos decipere fraude voluistis. Ut
diceretis. procul valde habitamus a
vobis cum in medio nostri sitis
itaque sub maledictione eritis et
non deficiet de stirpe vestra ligna ce
dens aquasque comportans in domum
domini dei mei. Qui responderunt
Nunciatum nobis est servus tuus
quod promisisset dominus deus tuus
moysi servo suo. ut traderet vobis
omnem terram et disperderet omnes
habitatores eius. Timuimus igitur
valde et providimus animabus nos
tris vestro terrore compulsi. Sed hoc
consilium inivimus. Nunc autem
in manu tua sumus quod tibi
bonum et rectum videtur fac de
nobis. Fecit ergo iosue ut dixerat
et liberavit eos de manu filiorum
israhel ut non occiderentur. Decrevitque

129